

potui. Iam vitiose si feci et intempestiue, mihi nunc volo ignosci,  
alias me, ad id, quod facere poterō, detrudi patiar.

§. III.

Lusatia haec nostra, quamquam habet, quod sibi te tot tan-  
tisque viris gratuletur, qui in illustrandis colligendisque eius  
prouinciae rebus et monumentis sint quam diligentissime ver-  
sati: tamen qui diplomata et documenta publica in corpora con-  
gregarent, naeta est vix paucos, qui Ludewigiano consilio tra-  
ctaret, et ad communem patriae vtilitatem referret, adhuc re-  
perit neminem. Quod nec inopiae eiusmodi diplomatum, nec  
siccitati, vt ita dicam, et leuitati, sed nescio cui fato, reipubli-  
cae satis molesto, condonandum puto. Nam in his ipsis incen-  
diis turbisque, quibus prouincia nostra toties dilacerata est at-  
que diruta, breui tempore, modo libera detur colligendi eden-  
dique potestas, aliquot millia me spondeo fereque in me recipio  
tabularum publicarum esse subministraturum. Quae quantum  
historiae iurique patrio sint lumen praelatura, sponte sua intel-  
lexerit, quisquis et his paucis, in publicum datis, bene yti-  
norit. Quicquid vero fuerit causae ad praetermittendam eius  
generis domesticam et ciuilem diligentiam: multo tamen inde  
difficilius esse patet, iuueni praesertim, certam habere, si vm-  
quam potest, atque exploratam reipublicae ab initio ad hunc  
vsque diem deriuatam formulam, rationem, mutationes, con-  
uersionesque, iuris etiam legumque fundamenta, accessiones,  
antiquitatem et nouitatem. Age igitur, et quoniam retinet nos  
in hoc studio TVVM, Pater Optime, iudicium, in tabulas  
publicas Lusatiae earumque collectiones paullo studiosius inqui-  
ramus, sed puerorum more ab elementis rem repetamus, vt

b) oder: Verzeichnis derer Urkun-  
den der Historie von Obersachsen; da-  
rinnen Kayserliche, Chur- und Fürst-  
liche, und andre Schenkungen, Privi-  
legia, auch das Reich, Stifter, Klöster,  
Uniuersitäten, dem Adel, Städte und  
Dörffer angehende Documenten, Chur-  
sachsen, Meissen, Thüringen, Lausitz,  
Hen-